

Mythologia, Venise, 1567 - VI, 09 : De Phrixo

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[70\] : De Phryxo](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VI

[Mythologia, Francfort, 1581 - VI, 09 : De Phrixo](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VI

[Mythologie, Paris, 1627 - VI, 10 : De Phrixo, & de Hellé](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VI

[Mythologie, Lyon, 1612 - VI, 09 : De Phrixo & de Hellé](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - VI, 09 : De Phrixo, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 05/12/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/881>

Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4
Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination180v°-181v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Phryxos](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Mythologia

De Phrixo,

Cap. IX.

Phrixus, qui aureum vellus in Colchos dicitur transulisse, Athamantis & Nepheles fuit filius. Cum enim Athamas Thebis imperaret, Nepheles uxorem duxit, è qua Phrixum & Hellen suscepit. Deinde, nescio qua de causa, Nephele dimissa Ino secundam uxorem cepit, de qua Clearchum, siue, ut alii maluerunt, Learchum, & Palemonem suscepit, quem etiam Melicertam postea vocarunt. Verum cum Ino priuignos odio haberet, qui mos est plerumque nouercarum, huiusmodi insidias Phrixo & Helle machinatur. Torruit omnia frumenti, ceterorumque leguminum semina ne nascerentur, deinde persuadet varibus per largicionem, ut nuntiarent Athamanti fruges illa de causa non nasci, quia opus foret vnum de filiis Nepheles Diis immolari. Eo responso accepto, ingenti necessitate, ut putabat, compulsus Athamas Phrixum dicitur ad aram mactaturus statuisse, ut ait Apollodorus Grammaticus libro primo. At Nephele Phrixum & Hellen rapuit, aureamque ouem à mercurio captam illis dedit, qua praeter recti fuerunt. Cum vero ad id freti peruenissent, quod est inter Sigeum & Chersonesum, contigit ut Helle in proximum mare deciderit, quod ab ea dictum fuit postea Hellespontus, vel Athamantidis, ut ait Aeschylus in Persis, & Ouid. in Epist. Leandri;

10
20
30
40
Fluctibus Immodicis Athamantidox æquora canent,
Vixq; manet porta tuta carina suo.
Hoc mare cum primum de virgine nomina merfa,
Quæ tenet, est nactum, tale fuisse puto.
Est satis amissa locus hic infamis ab Helle.
Vixq; mihi par, at, nomine crimen habet.
Inuideo Phrixo, quem per freta tristia tutum
Aurea lanigero vellere vexit ouis.

Helle postea à piscatoribus capta in litore sepulta fuit, ut scripsit Herodotus in Polymnia. Phrixus incolumis in Colchidæ peruenit, ibiq; Ioui Phyxio cognomine, siue fuge fauenti immolauit, pellemque illi in loco Nactis, in eius honorem affixit: quam postea à dracone seruari solitam fabulati sunt. Deinde Phrixus ducta Chalciopè Acetæ filia, Argum, Meliam, Catim, Sorum, Phrontim, ac Hellen ex ea suscepit filios; quæ tamen quidam non Chalciopen, sed Iophossien nominatam fuisse contendunt. Athamas postea Iunonis voluntate in furorem versus, quoniam Dionysum à Mercurio captum tanquam puellam per quoddam tempus educaffet, Learchum filium, quem susceperat ex Ino, trucidauit: quare territa Ino cum Melicerta in mare defiliit. Ob illas cedes Athamas decedens ex Imperio & è Bizotia profugus oraculum consulit, ac responsum cepit, ut ibi habitaret, ubi à syluestribus animalibus in conuiuium acciperetur. Paulopost in Athamania vocata lupi illum intuentes auferunt, semelæque carnes ouium, quas comedebant, reliquerunt. Ibi cum habitare iuxta oraculi responsum Athamas decreuisset, Themisto Hypseï filiam tertiam uxorem duxit, è qua Leuconem, Erythram, Schenoem, ac Tirithonum, vel, ut alii malunt, Pæum genuit. Alii tamen dixerunt non quidem ad aram, ut mactaretur, adductum fuisse Phrixum; sed illi ad eligendam in sacrificia pulcherrimam victimam misso arietem Iouis consilio locutum fuisse, atque patefecisse omnes nouercæ insidias, inter quos fuit Didymus; quare ille cum sorore è patria terra, resgori arietis insidentes

fidentes, ut aries illis significauerat, aufugit: ac Diis postea apud fluvium
 Phasim illum arietem, ut mater sibi significarat, immolauit. Alii dicunt tunc
 locutum fuisse arietem, cum Helle delapsa est; atque hortatum esse Phrixum
 ut forti & intrepido esset animo, quod illum esset in terram Colchicam
 asportaturus. Alii dixerunt Nephelen Deam fuisse, quæ ab Achamante ne-
 glecta ob mulierem in cælum euolauerit, at cum Ioue conquesta squalorem
 agro Athamantis immiseris, ob quem illa, quæ dicta sunt de nouerca insidiis,
 contigerunt. cum in Colchorum regionem iter conficerent Phrixus & Hel-
 le non per aera vecti, ut quidam putarunt, sed terrestri itinere in traicien-
 do mari Abydo propinquo delapsa est Helle, at Phrixum Colchidem pro-
 fectus arietem, ut alii volunt, Marti; ut alii, Mercurio immolauit: ibique cū
 habitasset regioni nomen dedit, quæ à Phrixo Phrygia dicta est. Deinde ve-
 rò Nephelæ poenas daturus Athamas ob filios, ad Iouis aram iugulandus ad-
 ducitur, at ab Hercule seruatus fuit; quæ res argumentum fuit postea So-
 phocli tragediæ Athamantis. Fabulati sunt postea ad perpetuam huiusce
 rei memoriam impetratum à Ioue fuisse precante Nephelæ, ut Arietis signū
 inter sydera collocaretur, quod etiam effectum est. Alii arbitrati sunt na-
 uem fuisse, quæ pictum arietem in prora haberet, quæ Phrixum & Hellen
 trans mare vexerit: verum cum Helle in mare è prora despiceret, in mare
 decidisse ac periisse, ut scripsit Hellanicus. Alii censuerunt, inter quos fuit
 Pherecrates, Arietem fuisse Phrixi alumnum, qui cum Inus insidias per-
 sensisset, hortatus est Phrixum ut se fuga seruaret, qui cum fugisset in Col-
 chidem, locus datus est fabulæ, quod per arietem seruatus fuit in Colchi-
 dem, ut scripsit Dionysius in Argonauticis; quem etiam memorauit vñ cū
 Phrixo in Colchidem nauigasse. alii locum datum esse fabulæ putarunt,
 quia Helle cum morbo in itinere periisset, in mare fuerit deiecta, ut mos est
 nauigantium; cum Phrixus incolumis in Colchidem sit delatus. atque tot
 de Phrixo scripta apud antiquos inueniuntur. Hæc omnia sanè veram con-
 tinēt historiam, præter modum fugæ: nullo enim modo fieri potest ut aries
 aureum vellus haberet, aut per aera volaret, atque ita in Colchidem ter-
 ram peruenerit. Sed cum esset antiquorum consuetudo ut animalia dome-
 stica non solum pecuniis imprimerent, sed in omnibus propè rebus aliis pin-
 gerent, aut illorum nominibus pro pictis imaginibus appellarent, Phrixum
 & Hellen in nauigio, quod pictum aureum arietem in puppe haberet, vectos
 crediderim. Atque fortunæ vicissitudines per hanc fabulam quo pacto ferri
 conueniat antiquos demonstrare voluisse censuerim; cum mollis, & mulie-
 bris sit animi, fortunæ mutationes nō sapienter ferre, aut nimium in arduis
 tristari, aut in felicibus rerum successibus nimium extolli. nam in omnia
 vel pericula vel felicitatem prudentia debet esse pro clypeo, cum incauti
 plerique magnitudine repentinæ alicuius mutationis continuo obruantur.
 Lucianus tamen in Dialōgo de astrologia, Phrixum rerum astronomicarum
 scientia delectatum scribit dictum fuisse à fabulatum artificibus in cælum
 ab ariete fuisse sublatum. ego verò hoc nihil aliud significare crediderim,
 quàm illum, qui rebus præsentibus optime ac sapienter uti nouerit, proxi-
 mē ad Deorum immortalium naturam accedere: at si imprudenter, parumq;
 honestè, & superbè abutatur, facile esse ex altissimo dignitatis gradu dela-
 bi, quod etiam Hellen passam fuisse fabulantur. Nulla est enim tam firma,
 neque tam constans hominum conditio, quin ob suam temeritatem & im-
 prudentem

Mythologia

prudentiam, si ita Deo placuerit, citissime possit delabi: atqui quod ita sit, patet vel ex ipsis nominibus: Arhamas enim, non admirandum esse significat, cum sit *Arhamas* mirari, actionemque illam *Arhamas* adimat. Nephela vero nebula, ex quibus nascitur profecto rerum humanarum contemptio. nam ut inquit is poeta;

Nil admirari, propè res est vna Numici,
Solaque quæ possit facere, & seruare beatum.

10 Quis locus sanè merito concedi potest admirationi, cum tota hominum vita huc illuc fluctuet; & quocunque ventorum impetus appulerit, eò facile corruat? nam omnes opes, & amicitiae, & imperia tandiu stabilia sunt, quandiu secunda Fortunæ aura aspirauerit. siue igitur illa sit rerum cuiusque ad felicitatem præsentem propensio, siue Dei consilium ob insecitiam mortalium ita vocatum, siue aliud quidpiam, omnino illa opus est viro prudenti. Hæc aura aspirante seruata animi moderatione in felici successu Phrixus deuotatis noueræ infidiis in Colchorum regionem peruenit, ubi non sine auxilio Deorum firmitus imperium & tranquilliora omnia adinuenit. ac de Phrixo satis, nunc de Argonauti dicamus.

De Argonauti.

Cap. X.

20

Naui illa, quæ fuit postea inter sydera collocata, in qua nauigarunt Argonautæ, ab Argo, qui fuit architectus extructa est. dicunt ei à Pelia imperatum ut clauos pertenuis affigeret, cum tamen ille validissimis compegerit, quare postea consilio Palladis facta fuisse dicta est. ædificata fuit hæc naui in quodam loco, qui ab Iolco distabat viginti stadiis, quem ideo quod naui ibi fuisset compacta *ἰολκὸς τῶν ἀργοναυτῶν* à compingendo sei licet Pagasas vocarunt, ut testatur Str. lib. 9. & Quid. in epist. Paridis Iasonem Pagasæum vocat, quia in ea nauigarit;

Phasida puppe noua vexit Pagasæus Iason.

30

Læsa nec est Colcha Thessala terra manu.

Huius naui malus è quercu Dodonæa fatidica arbore cæsus fuisse dicitur, quam arborem Pallas indicauit, quamobrem malum ipsum garrulam picam in his appellauit Lycophron;

ἡ γὰρ τῆς Λαλῆς πικρὰς ἀργαυλὸς ἔσται.

In garrula transuecta picta est, ut ferunt.

Et Valerius flaccus fatidicam ratem appellauit lib. 1. Argonauticorum. Hæc nauem triginta remigum sedes habuisse utrinque constat, quam Theocritus in Hylæ vocauit *τρηκονταόρητος*; nam *τρηκοντα* transtrum significat & sedem nauticam, super qua sedent remiges, ita inquit;

40

οὐκ ἔστιν ὅρμητος τρηκονταόρητος ἄρμα.

Quod, uga cui fuerant triginta, reliquerat Argo.

soluerunt autem à litore primum Argonautæ vere præcipiti, quo tempore Pleiades mane oriuntur, ut patet ex his versibus eiusdem;

*Ἀπὸ δ' αὖτις ἄλλης πλεῖα δὲ ἰσχυραὶ δὲ
Ἀργεὶα θόρυβος, πτερὰ μὲν ἄνεμος ἔδωκε.
τέρπειναι δὲ μὲν ἔδωκε, δῶκε δὲ αὖτις
ἰσχυρὰ.*

Pleiades ut surgunt, agnī pascuntur ad oras

Agrorum